

cium vos querere simulastis. Cum ego ad hoc missus sim, ut tanto vos tempore a divinis ministeriis separem, quanto vos eundem venerabilem virum a ministerio sacro cessare coegistis; et ipse tanto tempore credito sibi episcopatu inconcusso ac sine questione fruatur, quanto constat illum vobis facientibus eo fuisse privatum. Sicque demum si habueritis in invicem, conveniatis¹⁾ et coram sede apostolica pars audiat et iudicetur utraque. Presertim cum inter archiepiscopos causa versetur et conveniens non sit, ut inter utrumque alius nisi²⁾ patriarcha iudex inveniatur. Nam et in negotiis minorum sacri canones ad sedem, ubi est maior auctoritas, partes destinare probantur'.

d. Item. 1. Er und Methodius sollen zu Suatopluk gehen. — 'Ne suscipias occasionem excusationis prohibentem te vel fratrem nostrum Methodium transire ad Pentepulcum, sive (sc. episcopi³⁾) bella pretendant sive inimicitias⁴⁾ congerant⁵⁾. Qui enim sancti Petri sunt, pacifici sunt, et quocumque ierint bellis a proximorum utilitate minime coercentur'.

2. Die Männer sollen nach Trennung von ihrer zweiten Frau die verstossene erste zurücknehmen. — 'Ceterum provide ... emendentur'. Dies Stück auch bei Ivo Dec. VIII, 223. Trotzdem von Jaffé in den Papstregesten übersehen.

3. Ueber die Mörder des Mönchs Lazarus. — 'De percussoribus vero Lazari monachi vide ut secundum apostolorum canones a vobis iudicium proferatur'.

21. Joh. VIII. Hemerico episcopo⁶⁾ Joh. VIII.

Soll mit den Bischöfen Paulus von Ancona und Methodius zur Verantwortung wegen seines Verfahrens gegen letzteren nach Rom kommen. — 'Ad deflendam pravitatem tuam nonnisi fontem lacrimarum ut propheta Jeremias sufficere credimus. Cuius enim ut non dicamus episcopi, secularis cuius quin⁷⁾ immo tyranni seviciam temeritas tua non excessit, vel bestialem feritatem non transcendit, fratrem et coepiscopum nostrum Methodium carceralibus penis afficiens et sub divo diutius acerrima hiemis et nimborum immanitate castigans atque ab ecclesiae sibi commisse regimine subtrahens, et adeo in insaniam veniens, ut in epis coporum concilium tractum equino flagello percuteres nisi prohiberetur⁸⁾ ab aliis. Sunt, rogo, hec episcopi, cuius nimirum dignitas si excesserit

1) 'conveniastis' Hs. 2) 'sine' Hs. 3) Gemeint sind Alvin und Hermanrich. 4) 'inimicitias' Hs. 5) 'cogerant' Hs. 6) Vgl. oben S. 302 Anm. 5. 7) 'quam' Hs. 8) Besser scheint mir 'prohiberis'.